



SPECIMEN INAVGVRALE PATHOLOGICO-  
MEDICVM

29

SISTENS

ARTHRITIDIS SEDEM  
ET CAVSAM PROXIMAM VERAM



CONSENSV ATQVE AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ET GRATIOSAE FACVLTATIS  
MEDICAE  
PRO GRADV DOCTORIS MEDICINAE  
LEGITIME IMPETRANDO

AD D. . . FEBRVARII CICICCLXXXV.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBIICIT

CAROLVS GOTTLLOB BOEHME,  
HALA - MAGDEBURGICVS.



TRAIECTI AD VIADRVM,  
E TYPOGRAPHEO WINTERIANO

SPICILEMI IN VARIO LIBRA PATHOCICO.

MEDICINA

CLASSENS

ALLEGORICALIS  
METHODES  
TELECAZAN PROXIMAM ARTHRAI

CONSENSA ATQ[UE] VACILLATIB  
THERAPIE ET CLAVICAE TACILLATIB  
MEDICAB

TRI GRADU DOCTORIS MEDICINAE  
PRACTICITIAE PRACTICITIAE

TRI GRADU DOCTORIS MEDICINAE  
PRACTICITIAE PRACTICITIAE

CAROLUS COTTIUS BOHEM  
HABIT - MAGISTERIALIS



TRI GRADU DOCTORIS MEDICINAE  
PRACTICITIAE PRACTICITIAE

VIRIS  
ILLVSTRBVS EXCELLENTISSIMIS  
EXPERIENTISSIMIS  
**PETRO IMMANVELI**  
**HARTMANNO**  
MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORDIN.  
ACAD. VIADR. ORDIN. MEDIC. H. T.  
DECANO

**IO. CHRISTLIEB KEMME**  
MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORDIN.  
IN REGIA FRIDERICIANA.

**IO. CHRISTOPH. ANDR.**  
**MAYER**  
SERENISS. PRINC. HEREDIT. BORVSS.  
A CONS. AVL.

MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORDIN.  
ACAD. VIADR. CIRC. LEBVS. ET  
CIV. FRANCOF. PHYSIC.

**PATRONIS ET MAECENATIBVS SVIS**  
AETERNUM PIE DEVENERANDIS

HOC SPECIMEN ACADEMICVM

TAMQVAM INTENSITATIS

SUMMAE PIETATIS ET OBSERVANTIAE

MONUMENTVM

PETRO FRIEDRICH ANNEI

HARTMANNO

MED. DOCT. ET PROFESSOR LABR. ORDIN.

ACAD. AVIATOR. ORDIN. MUSICO. ET

DECANO

IO. CHRISTIANER KEMME

MED. DOCT. ET PROFESSOR LABR. ORDIN.

IN REGLA FREDERICANA.

IO. CHRISTOPH VANDR.

MAYER

SERENSIS. LINIC. HEREDIT. BORASS.

A CONS. AVT.

MED. DOCT. ET PROFESSOR LABR. ORDIN.

ACAD. AVIATOR. CIRC. LIBRAS. ET

CIV. LIVANCOL. THYSIC.

PATRONEST. MECENATIBVS SAVIS

VICTOR. AVCTOR.

in genitivo etiam si in nominativo erat  
etiam dicitur ergo illa quae in quo ab aliis  
vobis in vobis etiam sicut etiam in vobis  
etiam in vobis etiam sicut etiam in vobis  
etiam in vobis etiam sicut etiam in vobis  
etiam in vobis etiam sicut etiam in vobis

**Q**uas offero *VOBIS, VIRI ILLVSTRES,* in-  
genii mei primitiae academicae certe ad neminem ma-  
gis, quam ad *vos* respiciunt, *QVORVM* duclu-  
longe venerando in perdiscendis ad medicinam spe-  
cialibus scientiis usus sum; quid? quod, ex *QVO-*  
*RVM* abundantissimo eruditionis fonte sitim restin-  
guere sategi. Neque dubito, *vos* munuscum  
hocce, quantumuis leue minusque ornatum, bene esse  
accepturos. Verum enim vero hoc mihi occasionem  
iam diu optatam praebet, meam in *vos, VIRI IL-*  
*LVSTRES,* summam venerationem pietatemque con-  
testandi non solum, sed etiam gratissimum animum  
meum pro tot tantisque singularis benevolentiae *VE-*

*ENIORI TOTICO CAVIO STRAE*

*STRÆE specimini bus in me hucusque collocatis de-  
clarandi. Qua de causa nihil magis in votis habeo,  
quam ut summus rerum Arbiter vos diu et feliciter  
artis salutaris cultoribus Academiae RAM Viadri-  
nae, QVAM Fridericianae seruet sospites et incolu-  
mes, officiatque, vt reipublicae et saluti generis hu-  
mani usque ad annos Nestoreanos prodeesse valeatis.  
Cum his intensissimis votis se VOBIS in posterum  
quoque commendat*


**NOMINVM VESTRORVM ILLVSTRIVM**

*Traiesli ad Viadr.*

*d. 4. Febr. 1785.*

*Cultor obsequiosissimus*

**CAROLVS GOTTLLOB BOEHME.**



## PROOEMIV M.

Artem salutarem propter difficilem  
morborum cognitionem saepissime  
cum variis difficultatibus esse coniunctam,  
inter omnes constat. Verum enim vero v.c.  
in Aetiologya pathologica multa adhuc su-  
pereesse incerta, vaga, dubia, immo plane  
ignota, quis est, qui hoc negare potest?  
Quomodo autem morbum, vt rationalem  
medicum decet, curare sine cognita illius  
natura poteris? Quomodo aegrum, nisi mor-  
bum, quo laborat, intellectum habeas, re-  
stituere et sanare poteris? Natura igitur  
morborum vera ab unoquoque medico co-  
gnosci debet; ad cognoscendam autem ve-  
ram morborum naturam quoque, vti notum  
est, requiritur sedis et causarum illorum  
cognitio.

I. 2



cognitio. Quae cum ita sint, credo, haud  
inutile esse, quodsi materiam eligo, quae  
ad hoc respicit, quum mihi occasio publica,  
aliquid in medium proferendi, offertur. In-  
stitutio igitur mea solummodo eo reddit, *ar-  
thritidis sedem et causam proximam veram,*  
quoad viribus meis fieri potest, *perlustrare.*  
Arthritis enim est morbus, qui homines, vt  
abunde liquet, saepissime cum magno impetu  
vexat; verum tamen inter medicos de hu-  
ius atrocissimi mali sede et causa proxima  
variae et permulta existant opiniones. Quid-  
quid igitur ad propriam huius mali historiam,  
diagnosin, prognosin et methodum medendi  
respicit, hoc in specimine verbis paucissi-  
mis describendum mihi erit; multo magis in  
sensu proprio determinare institui, quid in  
his certaminibus medicis sit verisimillimum.  
Res quoque ipsa est adeo et magna et digna,  
vt numquam possit sine utilitate inuestigari.  
Reliquum est, vt B. L. id aequus et serena  
fronte accipias!

§. I.



### §. I.

Quando articuli dolore spontaneo vexantur, tunc *arthritidis* nomine celeberimi pathologi hunc morbum insigniunt. *Arthritis* igitur nihil aliud est, quam *dolor articulorum partiumque adiacentium spontaneus*.

*Schol.* Recentiores plurimi medici, qui definitio-  
nem veterum intuitu huius mali deseruerunt, iure  
meritoque reprehensionem mereri mihi videntur,  
Nam eo tempore, quo **BALLONIVS** a) initium  
fecit, differentiam quandam inter arthritidem et  
rheumatismum constituere, res eo rediit, ut fere  
nobis ignotum sit, definitionesne plurimorum pa-  
thologorum intuitu huius morbi regulis logicis  
conuenientes sint, nec ne? Quod ad me attinet,  
puto, hac in re cum veteribus plane consentire,  
melius esse, quam cum recentioribus. Qua de  
causa definitionem huius atrocissimi mali cum qui-  
busdam pathologis recentioribus fere sic constitui,  
vti veteres fecerunt.

### §. II.

*Arthritis* diuiditur: 1) in arthritidem *fixam* et  
*vagam*; quae posterior iterum iterumque diuidi-  
B potest

a) Oper. omn. T. IV. L. de rheumatismo, p. 316.



poteſt in acutam et chronicam, de quibus prior interdum quoque febrilis et posterior non febrilis vocatur, quod autem tantum in casibus quibusdam valet; 2) in arthritidem incipientem, adultam et inueteratam; 3) in arthritidem, quae vocatur podagra, gonagra, chiragra, mentagra, malum iſchiadicum etc. pro ratione articuli, quem occupant dolores; 4) in arthritidem ſtricte ſic diſtam f. particolarem et vniuersalem, prout hic morbus vel singulos vel omnes articulos inuadit; 5) in arthritidem regularem et irregularem, quae poſterior iterum iterumque diuidi potest in atoniam, retrogradam et aberrantem f. deviam; ad ulteriore quoque arthritidem laruatam, adnumerare poſſumus; 6) in arthritidem protopathicam et ſympomaticam; 7) in arthritidem acquifitam et haereditariam; 8) in arthritidem calidam et frigidam; 9) in arthritidem epidemicam, endemicam et ſporadicam; denique 10) ratione varietatis cauſarum in arthritidem v. c. venereum et ſic porro.

S. III.

Differentiae arthritidis ab aliis morbis sat lucu-  
lenter patent. Quod autem ad illud discrimen respi-  
cit, quod plurimi recentiores pathologi inter arthri-  
tidem et rheumatismum instituerunt, parum valet,  
quoniam id magis nocet, quam prodest, sicuti iam-  
iam in schol. ad §. I. admonui. Rheumatismus enim



iure meritoque nihil aliud est, quam illa species arthritidis, quae *vaga* vocatur, dum rheumatismus omnes characteres in se continet, quibus arthritis *vaga* solummodo gaudet. Quid igitur tanta nomenclatura opus est?

#### §. IV.

Vnumquemque huius mali paroxysmum signa antecedunt: languor totius corporis, praeprimis partium, quas morbus vexare consuevit; apepsia; nausea; flatus ~~avè nai nai~~ erumpentes; alii obstrutio; praecordiorum anxietates; interdum etiam vomitus cum cardialgia coniunctus. Symptomata autem paroxysmi ipsius sunt præcipua: dolor acutus, dilacerans, discerpens, rodens etc. in vna alteraque aut pluribus partibus, cum earum immobilitate coniunctus, qui certis temporibus, in primis vere et autumno reuertitur, leniter incipit, sensim magis incrementum, colorem autem et magnitudinem partium affectarum, ab initio parum mutat; febris cum suis symptomatis, horrore nimirum, subsequente ardore, et siti intensa stipata, vesperique exacerbans, vel continua appetitus prostratio, vel magna subinde ciborum appetitio et interdum lipothymia; tumor et rubor, quando autem haec vltiora symptomata apparent, tunc febris et dolores imminuuntur. Interdum autem arthritis, eademque tam fixa, quam



vaga, sine febre nascitur. Haec mitior quidem illa, quam febris comitatur, ac diuturnior est, aegro-  
que interdum fere continuo vexat.

### §. V.

Arthritis soluitur per sudores, vrinam, alumum,  
haemorrhoides atque menses; interdum quoque per  
suppurationem b). Interdum quoque multa varia  
mala tam chronica quam acuta potest relinquere:  
v. c. immobilitatem et contracturam membrorum;  
nodositates; calculos renum ac vesicae; scirrhos;  
paralyses; hydropses; claudicationem; inflammatio-  
nes; spasmos; asthma; apoplexiā et sic porro.

### §. VI.

Intuitu huius morbi methodi medendi solum-  
modo ad duo momenta respiciendum est: 1) ut pa-  
roxyfsum eiusque symptomata, si nimis vrgent,  
curemus; et 2) in intermissione, curatione prophyl-  
actica paroxysmos auertamus. Praeterea autem me-  
thodus medendi tota respectu diuersitatis causarum,  
et quibus hoc malum oriri solet, semper institui debet.

### §. VII.

His praepositis nunc ad causam arthritidis proxi-  
mam determinandam nos accingimus. Antea autem  
meum

b) I. C. WEGENER Diff. de arthrite suppuratoria, Hal. 1769.



meum est, res necessarias intuitu sedis huius morbi  
in medium proferre. Quod igitur ad sedem arthritidis respicit, praepri⁹ notandum est, hoc esse do-  
ctrinam longe controversam inter recentiores quo-  
que pathologos. Multi enim ossa pro sede agno-  
scunt; alii ligamenta; alii glandulas articulorum;  
alii vascula minima membranarum articulos ambe-  
nūt, ligamentorum, tendinum supra illas protra-  
ctorum, smegma his aduehentia c); alii periostium  
supra ligamenta expansum propter magnam neru-  
rum adiacentium copiam; quamnam sententiam  
praecipue III. BÜCHNERVS in dissertatione quadam  
contendit. Quae omnia in primis III. HALLERVS d)  
cum aliis negavit, quoniam per multa experimenta  
inuenit, neque ossa, neque tendines etc. sensibili-  
tate gaudere; multo magis hac in re sententia eius  
eoredit, cutem ipsam propter maximam nervorum  
infra cutem decurrentium copiam pro sede vera esse  
habendam. Denique permulti in nervis articulorum  
et partium adiacentium sedem recte adsumi credunt.  
Ex his igitur clare patet, sedem huius mali veram  
determinare, rem arduam esse. Interea tamen hanc  
rem, quoad viribus meis fieri potest, perscrutari in-  
stitui, quaenam nimirum de his omnibus opinio sit  
verisimillima. Quod autem optime fieri posse puto

B 3. atque

c) I. L. C. L. GOLZE Diff. de arthrite in genere, Gief. 1780.

d) Diff. sur les parties irritable et sensibles etc. p. 20.



atque existimo, dum omnes has varias opiniones singulatim dijudico.

### §. VII.

Ista igitur opinio, quae solummodo eoredit, offa pro sede huius mali declarare, reprehensionem iure meritoque mereri mihi videtur, sicuti iamiam Ill. HALLERVIS l. c. iudicauit. Verum enim vero hic vir in arte celeberrimus per multa experimenta statuit, quod offa omni carerent sensibilitate, et ideo negavit, dolores arthriticos ibi sedem habere. Vbi enim sensibilitas deficit, ibi quoque dolor existere non potest. Tali modo et ex eadem ratione res se habet cum illis opinionibus, in quibus ligamenta, glandulae articulorum etc. pro sede vera agnoscuntur.

### §. IX.

Ill. HALLERVIS (§. VII.) per multa experimenta testatus est, sedem huius mali solummodo in cute et neruis, qui per superficiem internam cutis decurrunt, adsumi posse. Sed huic sententiae plane consentire non possum, quoniam dolores in articulis et partibus adiacentibus simulac euaneantur, dum causa arthritidis cutem vexat. Praeterea causa huius morbi saepissime post mortem in his locis appetret. Ex his igitur intelligere possumus, sententiam eorum

eorum, qui sedem in nervis articulorum et partium adiacentium adsumunt, solummodo esse verisimilissimum, et quidem ex rationibus sequentibus: quoniam

- a) aegrotus dolores arthriticos veros in his partibus sentit;
- b) causae huius mali saepissime post mortem in his locis apparent; denique
- c) similes mutationes minus producuntur, dum causa arthritidis cutem vexat.

### §. X.

Sede huius mali viribus meis diiudicata, progedior nunc ad determinandam arthritidis causam proximam. Qua de re idem valet, quod (§. VII.) de sede adduxi. Verum enim vero haec res permultum adhuc in obscuro latet, et ideo multae variaeque inter pathologos existant opiniones. Qua de causa ad cognoscendam huius morbi causam proximam praecipue requiritur, ut argumenta quaedam ad hoc spectantia praemittamus.

### §. XI.

I. *Dolores arthriticos semper ex materia quadam oriri.* Negari quidem non potest, dolores quoque sine materia quadam oriri posse; sed hi dolores longe differunt a doloribus arthriticis. Hoc autem



autem argumentum esse verum, dolores nimirum  
arthriticos numquam sine materia existere posse,  
clare patet e rationibus sequentibus:

- a) quoniam nulla obseruatio exstat, quae contrarium  
hac de re nos docet;
- b) quoniam methodus medendi dolorum a materia  
quadam productorum longe differt ab illa, quae  
dolores sine materia excitatas tollit. Verum enim  
vero in posteriori casu iamiam remedia narco-  
tica prosunt, quae autem in doloribus arthriticis  
nihil valent;
- c) quoniam saepissime post mortem materia quae-  
dam in his locis collecta inuenitur; denique
- d) consensus partium dolores arthriticos excitare  
non potest. Quod verum esse, iterum iterum-  
que e rationibus similibus potest demonstrari: ni-  
mirum quia
- e) nullum exstat exemplum, vti experientia nos  
docet, vbi consensus partium solummodo dolores  
arthriticos excitare potuisset;
- f) methodus medendi longe facilior foret, quodsi  
v. c. cruditates primarum viarum causa horum  
dolorum essent. Verum enim vero in hoc casu  
dolores imminui simulac possumus, dum primas  
vias tantum purificamus. Respectu dolorum  
autem arthriticorum res sic se non habet;  
denique

γ) in



2) in parte affecta saepissime inflammatio locum habet, ubi autem adest inflammatio, ibi quoque materia quaedam.

### §. XII.

II. *Materiam ad arthritidis originem spectantem esse fluidum, quod vel per se, vel cum articulorum corporis humani humore mixtum consistit.* Hoc verum esse, facile intelligi potest e sequelis arthritidis, v. c. e partium concretione; ex inflammatione etc. Quum autem similia phaenomena aliorum morborum sequelae quoque efficere possunt; quum quoque irritatio quaedam in altera corporis humani parte similes effectas potest producere, v. c. laxatio quaedam et sic porro; mihi videtur causa arthritidis plane consentire cum aliorum morborum causis. Sed dolor a laxatione ortus longe differt ab arthritidis dolore.

### §. XIII.

III. Quae cum ita sint, materiam arthritidis esse fluidam, nunc nobis est interrogandum: *quodnam vitium respectu huius fluidi sit, quod arthritidem producit?* Qua in re quatuor virtus determinare possumus:

C

o) mo-



a) *motum vitiatum*; hoc vitium autem re vera hoc in morbo adesse, quis est, qui hoc negare potest? Qum autem hoc vitium facillime cum reliquis coniungi potest, hoc loco id silentio praeteribo.

b) *Copiam humorum vitiatam*;

c) *crassitatem humorum et denique*

d) *acrimoniam humorum*.

Cum igitur ita res se habet, iterum iterumque nobis est interrogandum: de quonam vitio intuitu humorum copiae dependet arthritus? — Solummodo ab humorum abundantia; humorum enim inopiam numquam tamquam proximam arthritidis causam possumus declarare. Interrogari igitur porro potest: num arthritidem a plethora et inde dependente congestione et inflammatione oriri posse adfirmemus, nec ne. Verum enim vero hanc opinionem omnino multi celeberrimi pathologi defenderunt, sicuti quoque hoc tempore quidam medici cum his consentiunt. Ad hanc sententiam autem aestimandam praeципue requiritur, ut illos medicos, qui eandem adserunt, in duas classes referamus. Verum enim vero *quidem* inter hos cum Ill. STAHLII imitatoribus hac in re consentiunt; qui in primis adsument, arthritidem veram solummodo a plethora et inde dependente congestione et inflammatione dependere. Quodsi causas huius mali remotas (qua-

rum

3

rum



rum determinationem hoc in specimine silentio  
praetereo, quoniam permulti alii celeberrimi, v. c.  
Jll. SYDENHAMVS, BOERHAAVIVS etc. in scriptis  
easdem satis superque determinarunt) clare confide-  
ramus; tunc facile intelligere possumus, hos medi-  
cos ad suam opinionem stabilendam obseruationi-  
bus notatu dignioribus non destitui. Experientia  
enim nos docet, arthritidem in plurimis casibus ho-  
mines eo tempore vexare solere, quando mortalis  
ad perfectionis statum intuitu corporis peruenit; sed  
hic status nihil aliud est, quam ille, quo homo ple-  
thora laborat. Porro inter omnes constat, sexum  
sequiorem quoque arthritide laborare posse. Ta-  
metsi enim notum est, mulieres dispositione ad ar-  
thritidem propter mensium haemorrhagiam minus  
gaudere, interea tamen fieri potest, haemorrhagias  
mensium turbari. Quodsi autem hoc fit, tunc quo-  
que possibile est, mulieres plethora ad spatum sic  
dicta laborare. Denique experientia quoque nos do-  
cet, illos homines, qui vitam sedentariam agunt,  
qui venaefectionem negligunt etc. ad arthritidem  
aliis esse procliuiores. Quanti momenti autem hae  
rationes sunt, tanti momenti rationes quoque his  
opponere possumus:

a) verum quidem est, a plethora et inde dependen-  
te congestione ad articulos similia phaenomena



oriri posse; sed id, quod sola plethora quoque in aliis articulis efficere potest, differt

- a) longe a doloribus arthriticis, et quidem ob eam causam, quoniam hic morbus in cursu ipsius ab aliis similibus morbis longe differt; sed
- b) quodsi quoque adsumo, illos dolores ad dolores arthriticos referri posse; verum tamen dubitare possumus, vtrum plethora dolores arthriticos propter congestionem efficiat, an ob hanc causam multo magis, quoniam plethora vires coctrices imminuit; propter hanc causam enim materia illa producitur, quae arthritidis causam proximam determinat, et quam alii celeberrimi pathologi pro ea agnoscent.
- c) Quoniam in similibus morbis quaedam phaenomena existere possunt, quae in doloribus arthriticis non semper constant, v. c. rigiditas partium propter concretionem, etc.
- d) Quoniam methodus medendi longe facilior foret, quodsi verum esset, solummodo congestionem humorum arthritidis causam constituere. Verum enim vero tunc dolores arthriticos per venaectionem tollere possemus; quod tamen de his doloribus non valet. Denique
- d) intelligi non potest, quomodo dolores arthritici veri quoque tunc existere possint, quum plethora iamiam euanscit. Verum enim vero multi homines

titto

e



mineis doloribus arthriticis laborantes venaefectionem saepissime adhibuerunt, nihilo minus tamen in horum dolorum insultum inciderunt.

### §. XIV.

Ad sententiam hucusque in medium prolatam respicit quoque altera *opinio*, quae a priori pârum differt, quamque Ill. CVILEN in praxi medica ab ipso edita, praecipue defendit. Rationes huius celeberrimi viri autem ad opinionem suam stabilendam sunt profecto mirae et singulares; v. c. confirmat sententiam suam, quoniam pathologi intuitu dolorum arthriticorum causae inter se differunt. Quodsi autem tali modo concludere volumus, tunc quoque adfirmare possumus: nullam existere arthritidem. Verum enim vero quod ad arthritidis sedem attinet, notum est, sicuti quoque antea iamiam adduximus, hac de re multas inter medicos variasque extare opiniones. Quodsi autem pathologi hac in re longe differunt, arthritis quoque nulla certam habet sedem, sequitur, ut quoque nulla adsit arthritis. Quisquis autem ingenio praeditus sano tali modo potest concludere? Causam huius mali proximam veram ponit hic vir celeberrimus in conditione corporis valida et plethorica, quae virtute gaudet, ob auctum nîsum vitae tonicum in partibus extremis i-



*eturam toni quandam efficiendi, quam illa quoque,  
dum se cum primis viis coniungit, cum his communi-  
nicat. Quodsi igitur talis aegrotus cum valido ner-  
uorum systemate est praeditus, tunc per hoc vires cor-  
poris aegroti tali modo excitantur, ut adfluxus hu-  
morum ad partes extremas et tali ratione inflamma-  
tio in his oriatur. Fateor autem cum praecceptore  
meo longe venerando in pathologicis III. KEMMIO,  
dum ~~fun~~ma diligentia huius celeberrimi viri senten-  
tiam diudicaui, quod eam plane intelligere non pos-  
sum. Interea tamen extra dubium est positum, hanc  
sententiam veri nihil prae se ferre, dum ea per ra-  
tiones sequentes facillime potest reuelari:*

- a) quoniam in hac sententia permulta iuuenimus,  
quae obseruationibus aliorum celeberrimorum  
pathologorum contradicunt; v. c. causam ab  
illo in medium prolatam, quae inflammationi  
originem praebere debet; etc.*
- b) Quoniam inter omnes constat, statum inflam-  
matorium et arthritidem semper pro una ea-  
demque re esse aestimandam: denique*
- c) permulta ad suam sententiam stabilendam con-  
tra veritatem protulit; v. c. dum dicit: hanc  
causam tamquam sequelam debilitatis esse de-  
terminandam.*

## S. XV.

§. XV.

*Altera opinio eo credit, vt causam huius mali proximam veram in cohaesione humorum vitiata adsumamus. Quae cohaesio humorum vitiata constitit in humorum crassitie; quae autem a medicis quibusdam cum acrimonia non coniuncta crassities vario modo explicabitur. Quidam enim adfirmant, cohaesionem synouiae s. liquoris Hauersiani praeter-naturalem causam huius morbi proximam constitutere. Sed obseruationes nos docent, cur huic opinioni consentire non possumus. Verum enim vero similes cohaesiones praeternaturales interdum dolores quosdam possunt efficere, minime autem dolores arthriticos cum magna inflammatione cutis coniunctos. Alii spissitudinem atrabilarem pro causa huius mali proxima agnoscunt; sed hanc sententiam quoque adsumere non possumus; dum hanc spissitudo partim dolores arthriticos, partim tam magnas inflammations producere non potest. Denique alii spissitudinem inflammatoriam tamquam causam huius mali proximam aestimant; sed huic sententiae quoque consentire non possumus. Verum enim vero haec spissitudo inflammationem simplicem potest determinare, minime autem talēm, qualis cum arthrite est coniuncta.*

§. XVI.



## §. XVI.

Quibus de causis nihil magis restat, quam ut adhuc semel interrogemus: utrum humorum acrimoniam quaedam causam huius mali proximam veram constitutat, nec ne? Quum autem opiniones hucusque in medium prolatae medico perscrutanti plane satisfacere non possunt, necesse est, ut huic sententiae plane consentiamus. Experientia quoque nos docet, acrimoniam humorum quandam causam huius mali esse verissimum. Verum enim vero saepissime inuenimus, sudores arthritide laborantium acrimoniam quadam non solum, sed etiam malo odore gaudere; porro lacrymas aegrotorum saepissime cum acrimoniam quadam esse praeditas; tumores permagnos in talibus subiectis interdum existere etc. Sed quanam conditione gaudet haec acrimonia, quae causam arthritidis proximam constituit? *Quidam* pathologi celeberrimi, cum quibus quoque consentio, acre specificum adsumunt; quod autem inter hos pathologos iterum ad varias opiniones occasionem praebuit: nimirum

a) ad *opinionem illam fere uniuersim adsumtam*, quae eoredit, acidum quoddam pro causa huius mali proxima aestimare; quod autem hi pathologi varia ratione explicare solent. Verum enim vero *quidam* acidum quoddam cum corporis humani

liquo-

*IVX 2*



liquoribus mixtum adsumunt; *alii* acidum quod-dam per se in corpore contentum; *alii* acidum sic conditionatum, vt hoc acidum simul vi ad-stringente gaudeat. Ad hanc sententiam autem confirmandam hi medici rationes quasdam protu-lerunt: nimirum quoniam

- a) saepissime inuenimus, mortales ad acida pro-  
cliuitate gaudentes vel arthritide, vel calculis  
renalibus prae caeteris laborare; recentiores  
autem chemici, vti abunde liquet, in calculis  
acidum quoddam aparuerunt;
- b) saepissime in arthritide laborantibus aegrotis  
phaenomena apparent, quae indicant, acidum  
quoddam corruptum adesse;
- c) interdum sudores talium aegrotorum acido  
quodam gaudent; denique
- d) varia exstant exempla, vbi per emesin in ae-  
grotis arthritide laborantibus cruditates acido  
quodam mixtae sunt protrusae.
- b) ad opinionem illam, quae ad hoc respicit: hoc  
acre specificum sententia COLBATSCHII solum-  
modo ita esse acre putridum, vt id vel cum cor-  
poris humani liquidis mixtum, vel per se consi-  
statis. Ad hoc autem comprobandum hi patho-  
logi quoque rationes quasdam adduxerunt: nimi-  
rum quoniam

D

a) in-



- a)* interdum in aegrotis arthritide laborantibus alcali quoddam inuenimus;
- b)* saepissime in analysi sanguinis chemica apud tales aegrotantes instituta, alcali maiori in copia animaduertimus, quam in statu naturali adest;
- c)* sudores aegrotorum arthritide laborantium admodum malo gaudent odore; denique
- d)* saepissime cruditates et primarum viarum acrimoniae tales aegrotos vexant.
- c)* *ad opinionem illam*, quae eo reddit, pathologico modo acidum, modo putridum tali modo adsument; ut in aegrotantibus talibus vel unum, vel alterum adsit, credentes, quosdam homines magis proclivitate ad acidum gaudere, alias magis ad alcali.
- d)* *ad opinionem illam*, quam praecipue **III. MOSCATI** confirmat, dum causam huius mali proximam ponit in synouiae cum vel acido vel putrido mixtae crassitiae. Alii huic sententiae quoque adsentiunt, sed cum isto discrimine, quod modo acidum, modo putridum in uno eodemque homine cogitant. **III. LENTINVS** hac de re ita iudicat, ut in arthritidis initio acre acidum tamquam causa huius mali proxima adsit, in progressu morbi autem acre putridum. Omnia quoque quaedam phaenomena indicant, non solum



lum acidum, sed etiam putridum re vera in aegrotis arthritide laborantibus esse praefens. Interea tamen varia exstant dubia: nimirum

a) quodsi quoque determinare possumus, acre acidum et putridum adesse, verum tamen adhuc interrogare possumus, dum multa acria tam acida quam putrida exstant, per quam rem acre acidum seu putridum in aegrotis arthritide laborantibus ab aliis acribus v. c. ab acri putrida in morbis venereis praesente differt?

b) In genere quoque contendi non potest, in omnibus casibus arthritidem tunc temporis determinari, quando acida in corpore humano praesunt. Verum enim vero exstant acida, quae arthritidem determinare non possunt. Quoque adhuc alia acida adsunt extra illa in medium prolata, quae arthritidem efficere possunt. Quo in casu autem altera causa ratio sufficiens esse debet.

Hae sunt meae rationes, qua de causa cum ista opinione consentio, quae eo redit, ut acre specificum tamquam causam huius mali proximam veram aestimemus.

### §. XVII.

Opiniones hac de re extra illas in medium hucusque prolatas permultae quoque exstant notatu

D 2

dignae,

XIX



dignae, v. c. opinio III. LEVISONII, CADOGANII  
etc. quae autem ab opinionibus hucusque in me-  
dium prolatis parum differunt; qua de causa illas  
quoque silentio hoc in specimine praeterire institui.

### §. XVIII.

Ex his igitur clare patet, causam huius mali  
proximam veram solummodo in acri specifico con-  
sistere, quod ad articulos et partes adiacentes est ad-  
ductum. Ad hoc acri specificum autem efficiendum  
requiruntur causae remotae sequentes: nimirum

- a) omnes illae, quae acre specificum producunt,  
quaeque sunt:
  - α) acre indomabile quoddam; et
  - β) conditio virium ad ventriculi et intestinorum  
coctionem pertinentium vitiata; ad quod ite-  
rum iterumque requiruntur;
  - 1) quaedam systematis neruorum conditio; et
  - 2) humorum abundantia.
- b) Omnes illae, quae acre specificum adducunt; ad  
quod spectant causae sequentes:
  - α) omne id, quo acrimonia producta retinetur;  
et
  - β) omne id, quod motus febribus producere  
potest.

### §. XIX.

§. XIX.

Quidquid autem hucusque ratione institutionis  
meae de sede et causa proxima arthritidis vera in me-  
dium protuli, hoc quidem praecipue de arthritide  
stricta sic dicta, s. vera valet. Interea tamen per-  
multa phaenomena ad arthritidem veram pertinen-  
tia quoque de arthritide in sensu generali sumta pos-  
sunt adsumi.



D. 3

THESES

VI



## THESES AD DISPV TANDVM ADIECTAE.

### I.

**C**ur podagra in primis pedes, minime quoque alias articulos vexat, haeret causa partim in materia singulari, quae in podagra locum habet, partim in sympathia primarum viarum cum pedibus.

### II.

Terram calcaream in tophis arthriticis magis materiae arthriticae, quam succi ossium esse sequelam.

### III.

Podagram re vera ad morbos epidemicos posse adnumerari.

### IV.



31

#### IV.

Podagram veram iure meritoque vi propagante teste  
SWITENIO posse gaudere.

#### V.

Causam podagrae proximam veram ex fententia  
SCHROEDERI non esse propriam.

#### VI.

Acre specificum in morbis arthriticis fortasse cum  
humorum crassitie, cum quibus est mixtum,  
esse coniunctum.



Postea vero iuste metuere si probatusse resig-

switnmo posse sanguine.

Quem postea toxinem sanguis exponeret

schnodderi non est probatum.

Et regulari sanguis non.

Atque hoc quod non in modis aliquantum foliis cum

panorum cruentis cum duplo et mixtis

est coniunctum.


v

01 A 6631

ULB Halle  
004 931 246

3





SPECIMEN IN AVGVRALE PATHOLOGICO-  
MEDICVM

## SISTENS

# ARTHRITIDIS SEDEM ET CAVSAM PROXIMAM VERAM

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE  
ILLVSTRIS ET GRATIOSAE FACVLTATIS  
MEDICAE  
PRO GRADV DOCTORIS MEDICINAE  
LEGITIME IMPETRANDO

AD D. FEBRVARII CICICCI XXXV.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

CAROLVS GOTTLLOB BOEHME,  
HALA - MAGDEBURGICVS.



TRAIECTI AD VIADRVM,  
E TYPOGRAPHEO WINTERIANO